

Hieronymus Ammon

Hieronymi Ammonii Schediorum sive Vireti Centuria Tertia

Norinbergae: Typis Dümlerianis, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75662410X>

Druck Freier  Zugang



Min. 41. 1-3. <R7

~~V. 3820.~~ ^{ab. 6.}

Hieronymi Am-
monii Schediorum
five Vireti

Centuria Tertia

NORINBERGÆ

Typis DÜMLERIANIS.

Anno CHRISTI 1641.



Regula vitæ

Arbeite ſelb treWLICH
Gib arMen WILLIG.
RVff Gote an ſLEIßIG
Er VergLTei reIChLICH.

Ad Autorem.

PAucula qui multis, qui paucis plu-
rima dicit,

Is mihi næ magnus jure Poëta
cluit.

Præfero ſed paucis qui dicit multa,
quid ergo?

Ammoni, major nonnè Poëta
cluis.

Johann Vogel S. S. R.

& P. L.

1.

De dedicatione Libelli

Patronum inueniant ut ubiq; Epigrammata
nostra,
Lectori illa pio dedico, meq; Deo.

2.

Iesus.

Est reuocata salus terra, pax aurea Calo
Reddita, per Iesum, conciliatus amor.

3.

Via Coeli.

Tu vis scire viam Calorum, talitus ipsa
Descendit Christus vita, salusq; via.

4.

Quinq; vulnera,

Vulneribus nostris sunt, pharmaca vulnera
Christi,
Qua peccatorum sunt medicamen, amen.

5.

Strena,

NOVICA TempLa, SchoLa, ResPvBLICA
prIVaqVe persistent
In fLore: HaC SerVa, protege, IoVa, IVVa.

A 2

6. Requies

6.

Requies erit unica Iesus.

Iesus allein ist meine ruh
die Welt den bösen lassen thu.

IN Iesu requies residet mihi sola, malignis
Immundi Mundi linguo, relinquo chaos.

7.

Epitaphium secundi Alexandri
Magni.

STante animo cecidi, laeso Dux corpore, flevit
Mars, flere aut nescit, me pereunte, viro.
Arma reliqui hosti, Mars linqueret omnia Morti,
Si posset vitam nunc revocare meam.

8.

Aliud Illust: Principis Bernhardi
Saxon:

MArtis & Artis eram, qui nunc sum Mortis,
in urna;

Per Martem atq; Artem non ero Mortis
ovans.

Per Martem atq; Artem patet aurea janua fama.
Post Mortem, Cœli janua aperta manet.

9. Aliud

9.

Aliud bellicosissimi Ducis Johannis Banneri.

Ferro non potuit vinci Bannerus, amoenas
Sed per delicias triste cadaver adest.

10.

Ad Germanos de Pace ineunda.

Pacem ineant placidam Germani; nulla secundat
Bella Deus iustus, sint nisi iusta; sac est!

11.

Ad Status Imperij de Pace Rationæ deliberantes.

Dixio PAX VOBIS: vos inter amabilis o si,
Morte periret Mars, Pax simul orbe foret.

12.

In effigiem Magnif. & Nobil: Viri Dn. Christophori Füreri.

Romani imperij Respublica Norica ocellus,
Christofrus Führer Urbis ocellus erit.

A 3

13. Ad

13.

Ad Magnif. & Nobil: Virum Dn
Sigismundum **Gabrielem** Holtz-
schucherum Pacem desideran-
tem.

PAX optata Veni, reCrea ConCordIa seDes
ConCentVsqVe Chori, IVra forl atqVe
torl.

14.

Ad Magnif. & Nobil. Virum Dn.
Ulricum Grundherrn.

Nobilis Vrbs nostra est, qua gaudet habere Re-
gentem

Te, Probitasvita quem Pietasq, iuvat,
Hinc adamare decet, Te nos, semperq, fovere,
Ducere Ducentes seis quia ritè viros,

15.

In Insignia Nobil. Viri Dn. Joh.
Wilhelmi Kressij: &c.

Nobilis ut Kressi tua nunc insignia nobis
Ante oculos ponunt cum gladio in ore
virum:

Sic gladio verbi divini destruis hostes,
Et Mundum et Carnem, Damoniumq, si-
mul.

Cum

Cum Fidei Clypeo, Galeâq; salutis, & ipsa
Stellantis Cœli pulchra Corona micat.
His armis vincis, nec fors te prospera fallit,
Nec tibi ius æquum, nec bona causa cadit.
Grator de tantis tibi Jan Wilhelme triumphis,
Sit verè nivens, quo loquor ista, dies.

16.

Status hodiernus.

WStitela eVasit, DILoCtlo nVLLa VIDetVr,
BeLLa neCis florent: ChrIste benIgne VenI.

17.

Rex jdiota pestis.

Nobilis hac terra est, qua, cum spoliata Regente,
Quarit prudentem cum Pietate virum.
Dux sapiens populum mirâ regit arte, rebellem
Dissipat, & lites, dissidiumq; malum.
Contra non potis est regni diademata ferre,
Sed Patria pestis Rex jdiota sua.

18.

Tyrannis Martis.

Vndiq; thesaurum per vim Mors abstulit atrox,
Inloculo macies & phthisis ipsa nocens.

A 4

19. Ad

19.

Ad Nobiliss. virum Dn. Joh: Iodocum Schmidmayer &c.

ET genus, & Themis, & Virtus, Vir splendide
Schmidmair

Ornant Te, & Pallas Dædala nobilitat,
Nobilis es, decus & nostra memorabile terra,
Nobilis es cunctis & sine labe bonis,
Hinc merito grato te prædicat ore Patronum
Musa mea, & partes, ceu decet, aqua facit.
Vive diu, sic perge diu meus esse Patronus,
Vir digne æterno Carmine, olente cedro.

20.

Ferendo.

Alme Deus queso, si me mala plurima torquent,
Pectore da patiens cuncta ferenda feram.

21.

Ad Nobilem illiteratum.

Nobilis es natus, Majoribus omnia debes,
Sed tibi debebit nil tua posteritas.

22.

De vera & ficta nobilitate.

Ordine

Ordine qui Paeres, nummos, ardesq; nitentes
 gestibus & tumidia connumerare potest:
 Nobilis in patria satis hic solusq; putatur,
 Expers Virtutis sic licet, arte rudis.
 Multorum Virtus, Pietas, ar ipsa, dolendum est.
 Iudicio, exoso nomine spreta jacent.
 Diversum, ratione volens perpendere rectã
 Rem, potius pleno proferet ore sonum.
 sola etenim Virtus studijs ornata, perenni
 Laudata genitrix Nobilitatis erit.
 Qui propriã Virtute caret, stultescit abunde,
 Dum sua, non Patrum, fortia facta canit.
 Quiq; peregrinis plumis se ornare laborat,
 Pro gemmis dignus cornua magna ferat.

23.

Ad sciolum.

Erravi, fateor, facile est errare, nec ipse,
 Quod placeant cunctis, dicere Apollo potest.

24.

Ad Democriteum.

Pre risum multum possum cognoscere stultum.
 Tu semper rides, sic mihi stultus eris.

25.

De seipso.

A 5

Quis

Quis sum, scire cupis? me Asinum Jors aspera fe-
cit,
Cui non sunt nummi, sed labor, atq; dolor.
In precio Stratiota sunt, tumidiq; Thraiones,
Cum sacco nummos & bona qui spoliant.
Sed Patientia, nam Dominus dabit his quoq; finem,
Tolluntur, lapsu quò graviores manent.

26.

Ad osorem Scribarum.

Ecce solet tumidus scribas contemnere, quid tum?
Scribarum merces & precium ipse Deus.

27.

Præstantia Mortis.

Mors melior vitâ est; quia Mors Vita mihi
fecit
Spem, Mortis pavidum fore tibi vita metum.

28.

Terrestria gaudia noli.

Wer Streub auff dieser Welt bes-
gerit/
Wird leicht an seiner Seel ge-
fâhrt.

Dulcia

Dulcia quando homines cupiunt, peritura pere-
ptant
Fata, pios Mundi ladere spina nequit.

29.

Vide, sed cui fidas vide.

Verba dolosa mali fugiat vir pectore prudens,
Extinguunt hominem dum sibi nulla timeet.

30.

laboris utilitas.

Qui preciosa cupit, fugit ocia, & utile quarit,
Virtutem inveniet, pramia justa feret.

31.

In avarum.

Non nobis tantum nati, tibi solus avarae
Vivis, nos Patria, fratribus atq; Deo.
Hinc tu sperneris, fuerint si tempora iniqua,
Nos erimus salvi, nemo tibi addet operam

32.

Ad eundem.

Semper eges, quia non victu contentus honesto,
Sed bona quaesitis uberiora cupis.

A 6

33. In

33.

In Superbos.

Qui sapit & pius est, non magna, atq; ardua
quærit

Contentus potius sorte manente sua,
Exoptans altum damnatur ubiq; locorum;
Et subito inflatum sternit ab axe Deus.

34.

Contra invidiam.

Conscia mens recti clypeus sit, nil moror ictus,
Sperno dolos Sathana, spero trophæa Dei.

Al:

Neidich veracht / Gedult betracht /
Die bringe mir Sieg vnd lebens
Krafft.

Invidiam sperno, comes est Patientia, recti
Conscia mens profert lata trophæa mihi.

Al:

Pessimus est quisquis, qui pessima fingere suevit
Crimina de doctis & sine labe viris.

35. Con-

35.

Controversiæ.

Doctores certant, utinam *lis* esset amoris.
*Non esset nostro tempore *lis* amor.*

36.

Discrepantia boni & mali.

Interitus fit mille modis hominum, ortus at uno,
Milia morborum sunt genera, una salus.

37.

De adventu Pacis.

Pax erit in terris, cum *Bartolus* exulat, atq;
Muribus à parvis roditur Hippocrates.

38.

Tria optima & pessima.

Lingua, aures, oculi sunt optima, quando *Jehova*;
Pessima sed quoties hac regit ipse Sathan.

39.

Ad peccatorem resipiscentem.

Peccasti? quid tum? *Deus* ah miserere, peccator
Nam peccare tuum est, propitium esse Dei.

A 7

40. Ad

40.

Ad suspiciosum.

Est nebula quavis suspicio, vir bonus odit:
Perfer, & obdura, si bonus esse cupis.

41.

Nunquam desperandum.

Astulit horrificum bellum mihi Christe timo-
rem,
Easus at atheream sentio victor operis.

42.

Wann mir Christus schreie
Antwort Ich bereite.

Ad me, Christus ait, miser afflictusq, venito,
Exclamo, promptus sum tibi Christe, mi-
ser.

43.

Crucis utilitas.

Cruce tua Christe mea crucis admonet, & quoq,
per Te,
Posse meam, instituit, me tolerare crucem.

44.

Wo

WO Kreuz vnd daben Jobs Bes
dult

Da ist auch Gottes Gnad vnd
Hult.

*C*Rux portanda mihi cum sit Jobca, Deus da,
Jobao ut possim pectore ferre crucem.

45.

Terrestria spernenda,

Mergenglich ist das zeitlich Gue
Das himlisch ewig bleiben thut.

*I*N terris subito subeunt bona cuncta ruinam,
Post cineres tandem caelica dona manent.

46.

Ad Poetam.

*G*ratius et acceptus, scribit qui mellea, Vates,
Vis favor ut tibi sit, utere ubiq; favo.

47.

Ad juvenem animum ducere nolen-
tem

Du-

DVcere anum nolis, quia nulla vetusta venu-
sta,
Nec spinoso agro perdere semen arves.

48.

Ad Sponsum.

Cor fert Sponsa tibi, sibi reddas Sponse vicissim,
Se tibi dat, sibi te des, sat utriq; datum est.

49.

Communio.

Omnia Conjugio communia munia fida,
Communis quaestus, & socialis amor.

50.

In effigiem Nobil: Pöetæ Marti-
ni Opitij.

Nobilis opitij facies est picta Poeta,
Dona sed ingenij pingere nemo potest.

51.

Ad Omniscium.

Scire

Scire tuum, haud ulla servat te ex parte ben-
tum.

Invidia si mens rumpitur agra tibi.

Scire tuum, haudquaquam lato te munere ma-
crat,

Infelix animum si quatit ambitio.

Scire tuum, nihil est, imò res noxia scire est,

Si facit hoc tete scire superbilevem.

Scire tuum aeternâ te quit spoliare salute,

Si te, quod nescis, sciri petulce putes.

Quare, scire tuum, Pietati subijice totum,

Principium Hoc omnis finis & est sophia,

52.

Sapientia hodierna.

Septem olim fuerant sapientes, tempore nostro
Vix unus vivit: sed fatui innumeri.

53.

Omne nihil.

Omnia scire, nihil scire est, sed qui benè nil scit,
Omnia scit; quare continet omne nihil,

Al:

Omne

O Mne nihil, nihil omnia sunt : cadit omne reper-
tum,
In nihil: est mixtum sepius omne nihil,

Nils nichts / ist nichts / doch nichts
in nichts/
Wer recht betracht / ganz Welt
veracht.

Al.

O Mne nihil, sunt omnia somnia, paucaq; mul-
ta,
Tu nisi summe Deus omnibus omne feras.

54.

Ora & labora.

Wer fleißig bett / vnd arbeit gern
Dem werden leicht all sein be-
schwern.

Qui pius est, orat iustoque dolore labore
Huic leuis cum prece fit grande laboris
opus.

55. Ad

55.

Ad fratres Amoris.

Contemnit verbum scriptura internus amator,
Et tamen externè nil, nisi verba, docet.
Est verbalis homo, sine re stat vita fidesq;
Infernalis homo ritè realis erit.

56.

Suspirium quotidianum.

Christe Patris Verbum, Via sola ac Vera sa-
lvis,
Te LVris CaCa frangere regna veni.

57.

Ad milites.

Nec praecepta Patrum, vobis nec dogmata, Chri-
sti
Sunt cura, Martis sacra cruenta placent,

58.

De Advocatis.

Ziel Advocaten sein uff Erd/
Weil der Himmel nur ein begeret.
Cau.

Causidici, quaris, vivunt cur plurimi in Orbe?
Sufficit in Calis unicus, ipse. λόγ.

59.

Ad Rabulam.

Vera odium tibi si pariant, Mendacia lucrum
Rabula ab invidiâ liber ubiq; manes.

60.

Rarum.

Rara avis est dextra Martem ipsum vincere, lin-
gua
Mercurium, precibus cedit at ipse Deus.

61.

Contemptus Mortis.

Non Mortem horresco: modus est finiq; labo-
rum,

Qua semel à morbis liberat atq; metu.
Horresco potius morbos, totidemq; dolores,
Qui semel evicti sapè redire solent.

62.

De disparitate Concionum.

Nulla

NVlla sat ut Marci fit Concio longa disertè
Sic satis alterius Concio nulla brevis.

63.

Amnistia,

Per ἀναγκαίη.

An à mitis

Dic Studiosa cohors, unde amnistia sit orta,
An non à mitis nomen & omen habet.

Amnestia.

An Semita.

AMnestia salus an non & semita Pacis?
Exulo, proh dolor: ast Jova juramen,
amen.

64.

Regula Studiosorum.

Quamvis mores Musis, qui Musas moribus ornat,
Ornati poterit nomen habere viri.

65.

Weiber

W Eiber wainen vnd Hunds hinc
den/
Geschichte so leicht als Augen
winckeln.

*Callida sapè canis, quia vult, pede claudicat
uno,
Fletibus ora lavat femina quando placet.*

66.

De virgine Brasilla.

S En Tod eh leiden / als Mensch
helt meiden/
Geschichte gar selten zu unsern
zeiten.

*Virgo Brasilla suo castam cum sanguine vitam
Liquit, & intrepide Calica regna petiit.
Nostris sed stultè multis fecisse videtur
Virginibus, placuit quod subiisse necem.*

67.

Præmia pietatis & impietatis.

Qui

Qui pius, in terris Deus hunc tegit, adiuvat,
ornat,
Aeternas poenas impius omnis habet.

68.

Pro conservacione ovilis Christi

Protege Christe tuas, quae sacri Oraculo verbi
Intemerata fovent, ac profitentur oves,
Sic rege Pastores, quos sacri oracula verbi
Inviolata colant, ac tueantur, amen.

69.

In Passionem Ioh: Leibij.

Conaris opus, memor & Christo cedere Johan-
nes
Leibi: quod Christum non sapit in spidum est,
Perge ita. Sic poteris Christi possessor haberi,
Possessor Christus sic erit ipse tui.

70.

Ad Musarum Osorem.

Musica cum Musis, cum Vatis exul Apollo,
Quidum? Christus erit mansio tuta mihi.

71. Ad

71.

Ad Georgium walch.

Quaritur, inter te discrimen & Orphea quod sit?
Dicam: Cantu Homines tu trahis, ille
feras,

72.

Vita navigatio.

Vita caduca mare est, Regina pecunia Nauta,
Naufragus omnis erit, qui caret huius
ope,

73.

De uxore ducenda.

Non oculis tantum ducenda sed auribus uxor,
Non formâ, famâ quæ placet, illa placet.

74.

Ad Iuvenem Anum ducentem.

Tu similem tibi vis generari ex Coniuge prolem,
Dissimilem quare nunstibi ducis Anum.

75.

De venatione.

Qui

76.

Ad Iuuentutem.

Radix doctrinae, sicut Virtutis, amara,
Dulcior aut fructus melle sapore venit.

77.

Officium Ministrorum.

Fac, que sunt tua, te promissis subijce longis,
Disce moras, mores, scommata multa pati.

78.

De morte et vita.

B

Mors

Adami lapsus.

Theologi animam, Medicis corpus, bona Juris
 Consultis malo lapsus Adæ attribuit.

De Cupidine.

Sum cæcus, magnis ducibus summisq; Monarchis
 Impero, sum terra, sum dominator aque.

De Medico & ægroto.

Phar-

*Pharmaca dat Medicus, Pater sed porrrgit au.
rum,
Sic alternatim curat uterq; suum.*

82.

De modo optativo.

*Nunc tenet Imperium modus optativus in Orbe,
Quilibet optandi nescit habere modum.*

83.

Ager cur patiens dicitur.

*Impatiens morbi, patiens cur dicitur ager?
En patitur Medicum, qui tamen angit eum.*

84.

In Scribonium. animosum,

B 2

Posse.

*Posse doces Dominis simul in servire duobus
Exemplo, servis nam Domino & Domina.*

85.

Sara rara.

*R*ara videnda Sara est, qua vult concedere Servo,
Quò nocte in lecto sit sociata viro.

86.

Divortium Amoris & Fidei.

*F*ida Fides, syncerus Amor, divortia quarunt,
Nusquam vera Fides, undiq; fictus Amor.

87.

Imperium domesticum Noricum.

Divisum

Divisum Imperium cum Coniuge semper habet
vir,
Nam regit hic noctes, sed reget illa dies.

88.

De novitate vestium.

Stulta viget novitas, sapiens stat spreta vetustas,
Vestes & gestus nil nisi stulta ferunt.

89.

De Mercatore quodam.

Qui modò Crasus eram, citò sum pauperrimus
Irus,
Nam mea spes rapido credita sola mari.

90.

Ad Alchymistas.

B 3

Hoc

Hoc opus, hic labor est: fallacibus artibus aurum
Quarere, possessas non malè perdere opes.

91.

Ad Novellanum.

Si tibi, mentiris quoties, fodiatur ocellus,
Eheu quam modico tempore cacus eris.

92.

De Conjugio rixoso,

in magna domo non aliam

Discordes lux atq; domus quos suscipit, illos
Concordes bona nox lectus & unus amat.

93.

Aenigma.

Omne

O Mne fero, omne rogo, mecum aufero & omne,
vissim,
Omnia me capiunt, & capio omne simul.

94.

Miseria hominis.

Vivere quisquis amat quamvis miserabilis Irus,
Optat, & optando sat miser esse cupit.

95.

Ad reprehensores.

Crimina vicini, nec crimina propria cernens,
Est sapiens alijs, desipiensq; sibi.

96.

Mors mortua.

B 4

Lethum,

Lethum deletum, Christi mors mortua morte est,
Mirandum, mortem se potuisse mori.

97.

In effigiem authoris.

Externa effigies pars corporis est mihi picta
Christe animi internam pinge, homo te-
tus ero.

98.

Sapientia Patria.

Est ubicumq; domi sapiens, vix exulat usquam,
Omne solum utq; salum fit Patria atq; sa-
lus.

99.

Ad Deo charum.

Præ.

*Præteritum luges, tibi spesq; fidesq; futuri,
Præsentis nullus te tenet Orbis Amor.*

100.

Ad Censores libelli.

*Immundo in Mundo bonus ut vix unus & alter,
Sic versus libri vix bonus unus erit.*

F I N I S.

Mantissæ loco placuit subjicere
Convenientiâ Mulieris & Aleæ

*Sapius in constans & fallax Alea dicta,
Sapius & vitia hæc famina quæq; colit,
Alea cœu resonans crepitat, sic scemina garrit,
Grunnit, rixatur, murmurat atq; strepit.*

Ad weigelij Affeclam.

W v

Chris

Christum/sein Wort/Pfarret/Regen/
genten/

Weigel verachten thut vnd schendn/
Endlich ins höllisch Bad sich wendn.

*Tu socius vere vis religionis haberi,
Sed potius maculas religionis opus.
Biblia contemnis, Pastores atq; Regentes,
Christum ipsum spoliās: non ovis ergo Dei.
Spiritus inferni totum te possidet, iste,
Dejiciet rapidas in phlegetontis aquas.*

F I N I S.

*Præteritum luges, tibi spesq[ue]
Præsentis nullus te t[er]ret*

100

Ad Censores

*Immundo in Mundo bonus
Sic versus libri vixit*


F I N

Mantissæ loco pl[urim]i
Convenientiã M[agistr]i

*Sapius in constans & fallax
Sapius & vitia hæc
Alea ceu resonans crepitat,
Grunnit, rixatur, m[er]et*

Ad weigelij

83



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.